



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Theodorus M. 7. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

6. F.  
ori off  
in im  
rona  
quand  
palan  
d quid  
, cùm  
tuni  
cittan  
irant  
PHO  
MA  
simil  
IL M  
duo  
nitas  
erni  
hac  
bali  
ani  
e re  
mi  
em,  
unt  
our  
O  
on  
t!  
ta  
ui  
5  
23

7. Feb. VITÆ SANCTORUM. 97  
non devincit cultu, muneribus non honorat.  
S. Pet. Chrys. serm. 10.

S. THEODORUS M.  
7. Februarij.

**U**Nâ virtute Christianâ armatus  
THEODORUS Centurio patriæ  
terrorem draconem confecit. Et erat  
hoc pugnis majoribus præludere: mon-  
strum alterum majusq; Licinius Imp.  
imminebat. Hic sive quòd eam fortitudi-  
nem in milite amaret, sive, quòd invi-  
deret Christiano, ad se THEODORUM  
evocavit. Quin, cùm hic nuntiasset, si  
ad se ipse Imp. cum Diis suis accederet,  
fore ut hos merito honore coleret, non  
dubitavit Licinius, ut superstitioni vi-  
rum tantum adderet, iter ad illum in-  
stituere. Interea cælum pandi videbatur  
THEODORO, atque inde prodire, qui  
telis igneis dormientem configerent,  
vox quoque ejusmodi allapsa: *Macte  
animo Theodore; quando ego tibi adero.*  
Facile sibi ipse THEODORUS hæc  
sonnia, sine alio augure, explicuit, vo-  
cemque cæli classici instar habuit. Ita-  
que cum manè Deorum signa è suo lara-  
rio obtulisset Imp. velut adoraturus hæc  
in adyta abstulit. Ibi ille & Iovis fulmen,  
& Martis Palladisque hastas, & Veneris  
faces Cupidinisq; arcus omnibus gigan-  
tibus fortior solus fregit, & quia aurea

G erant

98 VITÆ SANCTORUM. 7. Fe  
erant omnia aut argentea, ridiculos Deo  
pauperum prædam fecit. Hi cùm ulci  
non possent ipse sese, Lucinius & se, &  
illos ulturus, in crucem agit THEODO  
RUM, ferro transadigit. Inde pueris  
agmen sagittis suis scopum geminum,  
geminum Divi oculum accipit. Sed redi  
dit hos ocello suo Angelus, & è cruce  
exsolvit. Mox ad gladium damnatur.  
Hunc ubi forti jugulo excepit, rude Su  
peri donarunt. Ex Metaphr.

*Si dignum Dominus pati duxit, pati su  
um quomodo videtur indignum? Erramus  
erramus: qui non facit quod iussit Dom  
inus, gratis sperat, quod Dominus promisi*  
S. Pet. Chrys. serm. 28.

S. PARTHENIUS EP.  
7. Februarij.

**P**uer PARTHENIUS piscatum exer  
cuit, & lucrum pauperibus cessit. Sed  
neque pisator desit esse Sacerdos &  
Pontifex inauguratus, nisi quod prædam  
jam nobiliorem (animos) Deo transcri  
beret. Porro Stygi jam inde ab anno  
octavo decimo fuit metuendus. Et pro  
fectò vix alius fuit, qui sæpius orcum ex  
pugnavit; ut quocumque jam pedem  
suum ferre PARTHENIUM, inde re  
ferre suum malum dæmonem cerneret,  
etiam è sedibus, quas olim & multis in  
federat. Et forte eum ex homine nescio  
quo